Quelle: https://manuscripta.at/?ID=967
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

descendit de celo. filius hois
qui est in celo. Et sicut mos
ses exaltauit serpentem in
deserto: ita exaltari oportet fili
um hominis. ut omnis q̃
credit in ipsum non pereat.
Sed habeat uitam eternam.

De. s. trinitate.

Benedicta sit sancta
trinitas atq; indi
uisa unitas confite
bimur ei quia fecit nobiscum misericor
diam suam. Ps. Domine dominus noster. et ci.

Omnipotens sempiterne deus. qui
dedisti famulis
tuis in confessione uere fidei
eternae trinitatis gloriam agnos
cere. et in potentia maiestatis
adorare unitatem quam
ut eiusdem fidei firmitate ab
omnibus semper munimur

Hadulis. M. Ad. Romos.

Fratres. O altitudo diui
tiarum sapientiae et scientiae
dei. Quam incomprehensibi
lia sunt iudicia eius: et inue
stigabiles uie eius. Quis
enim cognouit sensum domi.
aut quis consiliarius eius
fuit? Aut quis prior dedit
illi et retribuetur ei? Quia ex
ipso et per ipsum et in ipso sunt
omnia. ipsi honor et gloria in se
cula seculorum amen. Gradualis.
Benedictus es domine qui intuens abis
sos et sedes super cherubim. V. Benedic
tus es in throno regni tui et laudabilis
in secula. Alleluia. V. Benedictus es
domine deus patrum nostrorum et laudabilis in
secula. Benedicta semper sequ. secula.
sit sancta trinitas tetras saluator
unitas coequalis gloria. Pater fili
us spiritus sunt nobis omnia
eadem substantia. O eius genitor de
us genitus in utroque sacer spiritus
deitate sanctus. Non tres tamen di
cuntur deus uerus unus est sic pater
dominus filius spiritus quoque sanctus
Proprietas in personis unitas est
et in essentia. Maiestas par et po
testas deus honor eque omnis
Sicut mater continens arcus
simul et omnia condita. Quem
tremunt impia chartarum colum
que quoque et abyssus infima. Nunc
omnis uox atque lingua fateatur huic
laude debita. Quem laudat sol atque
luna dignatus adorat angelus. Et
nos uoce puerilis eius modulemur
organis cantica dulci melodia. Ipsa
et ipsa nunc simul iubilemus alta tri
no domino laudes in excelsis. O admi
da trinitas. O uenerandaque unitas
Per te sumus creati uera eternitas